UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. XIII. De Lege.

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

voluit & potuit, ex principis enim voluntate unicè dependet hæc legitimatio. Ergò tales legitimati extra territorium nihil juris habent. arg. *l. fin. ff. de Juriſdict.*

Qvomodo ſuccedant legitimati, vid. *DE SUCCESSIONE AB INTESTATO.*

## CAP. XII.

# Legitimi, Soboles juſta.

### *Axioma I.*

Legitimorum jus matrimonio & juſtis liberis eſt conſeqvens, ut filia matri, Henric. Boic. *in cap. provenit. qvi fil. ſint legit.* Cæſar de Graſſ. *deciſ. Roman. 176. num. 6.* Unde & filii fructus matrimonii dicuntur à Decio *conſ. 153. col. 2.* Socin. jun. *conſ. 62. num. 38. vol. 3.* qvos allegat Rot. Rom. *deciſ. 477. num. 2. p. 1.* vid. Vult. *3. conſ. Marp. 34. num. 54.*

*II.*

Legitimorum cauſa res eſt favorabilis. Cardin. Alexand. *in cap. cauſam. num. 13. qvi fil. ſint legit.* Bertaz. *conſ. crim. 365. num. 11. vol. 2.* qva de cauſa per præſumptionem legitimi, coitus illicitus & delicti præſumptio excludi dicitur, Card. Alexandr. *cap. lator. qvi filii ſint legit. num. 27.* Palæott. *in tr. de Noth. & ſpur. cap. 20. num. 3. & cap. 22. num. 6. in fin.* Bald. *conſ. 437. num. 4. & 5.* Cæpoll. *cautel. 118. num. 2.* Cott. *in memorabil. verb. filius præſumitur legitimus.* Socin. ſen. *conſ. 23. n. 19. vol. 1.* Menoch. *2. arb. jud. caſ. 89. num. 71. & in tr. de præſumpt. præſ. 54. n. 20.*

*III.*

Qvoties de legitimatione partus qværitur, toties illud tempus eſt attendendum, qvod partui eſt utilius; cùm enim nullum adſit partus delictum, calamitas matris non debet nocere ei, qvi in ventre eſt *pr. Inſt. de Ingen. & l. 5. §. 12. ff. de ſtatu homin.* Exemplum eſt in *d. pr. Inſt. de ingen. & in l. nuper. C. de natur. liber.*

*IV.*

Qvicunqve partus vivus naſcitur, in dubio pro legitimo reputandus eſt, non obſtante menſium numero, qvia pariendi tempora ſunt incerta, & in illis, qvæ ſunt naturæ, non valet determinatio Legislatoris. Ergò & ſex menſium partus pro legitimo habendus. *Carpzov. P. 2. Conſt. 17. def. 18. ſicut* & partus duodecimeſtris.

Limita: modò nulla adſit ſiniſtra opinio.

*V.*

Qvotiescunqve reqviſita matrimonii ſecundum jus civile adſunt, toties partus pro legitimo reputatur, qvia legitimatio partus non ex ſtatutis ſed ex jure communi dependet. conf. *cap. 34. X. qvi filii ſint legit.* ita partus ex præmaturo deſponſatorum concubitu, ſi benedictio ſacerdotalis propter mortem alterutrius perſonæ intervenientem accedere non poſſit, editus admittitur pro legitimo. *Carpz. P. 3. C. 14. d. 10. noviſſ. Deciſ. Elect. Saxon. 49.*

Limita: modò nullum ſubfuerit impedimentum, nuptiarum conſummationem prohibens.

*VI.*

Qvoties verum præceſſit matrimonium, toties filius præſumitur legitimus, non adulterinus.

Ratio: qvia legitimitas eſt effectus matrimonii veri, & in jure is pater eſt, qvem juſtæ nuptiæ demonſtrant.

Exempl. Hinc igitur, qvamvis mater filium adulterinum eſſe dixerit, ei tamen non creditur. *L. Imperatores. 29. §. 1. ff. de probat.* Cùm mater ſua confeſſione non poſſit tollere præſumtionem juris.

De Lethalitate vulneris *vid.* Homicidium.

## CAP. XIII.

# De Lege.

### *Axioma I.*

Lex eſt de præcepto, & omninò obſervari debet, *cap. 1. ubi* Abbas *num. 4. de conſtit.* qvalis enim lex erit, ſi non obſervetur, & in deſvetudinem abeat. *l. de qvibus 32. ff. de Legib.* Carpzov. *p. 2. conſtit. 28. defin. 1. n. 6.* ſiqvidem ea pro imperfecta & pro ludibrio haberi non debet. Bald. *in conſ. ſchiſm. col. 1. poſito ſub tit. Cod. ſi qvis aliq. teſt. prob. fac. text. in cap. commiſſa. de Elect. in 6. & l. 2. §. ſanè. Cod. de libert. & eor. liber.* Ludovicus Gomez *ad §. fuerat. Inſt. de act. num. 28.* maximè ſi juſta & honeſta juriqve naturæ conveniens ſit, cum nihil aliud ſit qvàm divinitus animis noſtris inſcripta notio, per viros prudentes in medium prolata, ſocietatis humanæ vinculum, qvo diſſoluto nulla Reipublicæ tranqvillitas retineri, nihilqve in toto mundo incolume conſiſtere poteſt, *l. 9. ibiq. Cod. de Legib.* qva de cauſa Leges per ora Principum divinitus prolatas eſſe pateſcit *ex cap. fin. cauſ. 16. qvæſt. 3.* Hinc qvi eas Reipublicæ oculos eſſe dixerit, is profecto ita vocans nihil indecens pronunciaverit. Qvemadmodum enim res animali maxime eſt neceſſaria non titubans oculus, ita & Reipublicæ Legum æqvus & rectus ſtatus. *Novell. Leon. 19.* Unde & ſcita ſuperioris potentiæ vocantur, qvibus in officio continentur, qvi ſuâ ſponte officium facere recuſant. *c. facta. 1. diſt. 4.* Arniſ. *1. de Majeſt. cap. 3. n. 6.*

*II.*

Qvæ contra Leges fiunt, ea ipſo jure ſunt nulla, *l. non dubium 5. ubi* Bart. & Bald. *C. de Legib. l. cum. lex. 47. ubi* Bart. *de fidejuſſ.* Idem *in l. ſi ita qvis §. ea lege. n. 5. de V. O.* Jaſ. *in l. filiusfam. §. Divi. n. 85. de V. O. in 2. lectur.* Weſenb. *2. conſ. 66. num. 3.* Fraus enim legibus fieri dicitur, ubi id fit, qvod fieri Legislatores noluerunt, fieri tamen apertè non vetuerunt, *l. fraus 30. de Legib.*

Limita, niſi Lex ipſa jubeat actum reſcindi, *arg. l. 5. de injuſt. rupt. & irrit. teſtam.* hoc enim caſu non ſunt ipſo jure nulla, ſed reſcindi dicuntur. Exemplum vide *in Novell. 115. cap. 3. in fin. verſ. ſi autem hæc obſervata non fuerint*, ibi: *& tanqvam in hoc non reſciſſum &c.* Ubi ſi exhe-

redatio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

redatio ſecundum rationem & modum ibi præſcriptum non ſit facta, ipſum teſtamentum evacuari, reſcindi & everti dicitur: erit ergo validum, cum id, qvod per ſe nullum eſt, reſcindi, everti aut evacuari non dicatur. *d. l. nam etſi 5. ff. de injuſt. irrit. teſtam.* Vaſq. *in tract. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 20. p. 3. reqviſit. 29. declarat. 3. n. 168.* Duaren. *in comm. ad ff. de inoffic. teſtam. cap. 3. & ad tit. ff. de liber. & poſthum. cap. 3. pag. 457.* Cujacius *in Novell. 18. n. 135.* Donellus *in Auth. non licet. n. 6. Cod. de liber. præter. & lib. 6. Comment. cap. 13.* Bocerus *in Comment. ad Inſtit. de exheredatione liberor. n. 137.*

*III.*

Qvicunqve habet jura majeſtatis ſeu ſuperioritatem territorialem, ille poterit Legem ſeu Jus condere, qvia talis demùm validè cogere poteſt, & ſic effectum legi dare, nimirum obligationem.

Exempl. Ita Imperator cum ſtatibus Imperii poteſt condere legem, qvæ univerſum imperium concernat. *Inſtr. Pac. Monaſt. Oſnabr. art. 8. 8. §. 5.* Econtra non erit lex, ſi duo de certa qvadam re paranda vel peragenda conveniant, ſed pactum potiùs, qvale ſunt Capitulationes Cæſareæ. Procem. *Capit. Leopold. verb.* **Gedings- und Pacts-Weiſe.**

Limita: ut lex qvidem condi poſſit ab homine privato, autoritas tamen eidem legi dari neqvit, niſi ab eo qvi habet Majeſtatem. *Habn. ad Weſenb. Tit. de J. & J. n. 14.*

*IV.*

Legem ſibi nemo poteſt imponere, à qva non liceat ei reſilire. *l. ſi qvis in principio 22. ff. de legat. 3. l. 1. C. de SS. Eccleſ.*

Declara hoc procedere in ultimis voluntatibus, qvæ ambulatoriæ usqve ad ultimum vitæ ſpiritum dicuntur, *l. 3. de legat. adim.* ſecus in contractibus, in his enim obtinebit illud, qvod qvæ ab initio ſunt voluntatis, poſt factum fiant neceſſitatis, *l. invitum 11. C. de contr. empt.* Everardus à Mittelb. *in loc. à plenitud. poteſt. n. 5.* & qvod ſemel placuit amplius diſplicere non poſſit, *reg. qvod ſemel. de R. I.* Bald. Paul. de Caſtr. & Dd. communiter *in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matr.*

*V.*

Lex multum confidit de ſuo miniſtro. *cap. bonæ memoriæ 1. de Elect. cap. in præſentia 6. de renunc.* Laurent. Tennin. *in tract. Cautel. 271. n. 5. caut. 16. caut. 87. n. 13. verſ. multum enim. & caut. 253. n. 8.* ubi ait, hoc correctum eſſe hodie *per cap. qvoniam. extr. de probat.* de qvo gloſſa *in d. cap. bonæ. verb. præſumitur.* Unde limitando *n. 9.* pergit, ſecus eſſe, ſi vergat in alterius præjudicium: qvare tandem *n. 23.* declarando concludit, qvod tum demum judicis auctoritati ſtetur in his ſcilicet, qvæ rectitudinem, id eſt, ſolennitatem intrinſecam concerunt; non verò in iis, qvæ rititudinem, id eſt, ſolennitatem extrinſecam reſpiciunt, *per d. cap. qvoniam 11.* ubi Dd. communiter *de probat.*

*VI.*

In Leges, qvæ ſanctæ ſunt, nulla ſuſpicio calumniæ cadere poteſt, *l. ſacra 9. §. propriè 3. ff. de rer. diviſ.* Jacob. Schultz. *obſerv. 56. n. 20.* Andr. Rauchbar. *part. 1. qvæſt. 11. n. 34.* Jacob Thoming. *deciſ. 44. n. 20.* Matth. Weſenb. *1. conſ. 3. n. 50.* Dan. Moller. *lib. 2. ſemeſtr. 14.* Carpzov. *p. 3. jurispr. forenſ. conſtit. 12. defin. 25. n. 3.* Reinhardus Roſa. *ad Moller. de conſtit. 12. num. 6.*

*VII.*

Lex qvæ repugnat fini æterno eſtqve nutritiva peccati, ea pro nulla haberi nec obſervari debet. *l. claras 8. C. de ſum. Trinit. cap. fin. de præſcript. cap. inter hæc. 6. cauſ. 33. qvæſt. 2. cap. erit autem Lex iſta 2. 4. diſtinct. cap. conſuetudo 5. 1. diſtinct. & cap. non licet 2. cum 4. ſeqq. 10. diſt.* Ea enim eſt ſecundum Legem Dei, ad cujus imaginem debet eſſe temporalis, *§. cum hoc.* ubi Angel. *in proœm. Inſtit.* ac Deus conſtituit de cœlo Imperatores ad hoc, ut per ora eorum divinitus Leges conderet. *§. qvia igitur in Auth. de inſtrum. caut. & fin. Novell. 73.* ideoqve ab Imperatore Leges emanare divino qvodam motu dicuntur, *l. fin. C. de præſcript. long. temp.* verbi cauſa, ſecundum legem Dei filius tenetur obedire patri, & honorem ei exhibere, *l. parentes 6. ff. de in jus vocand. l. veluti 2. ff. de Juſtit. & Jur. l. 2. l. liberto. 9. ff. de obſeq. patr. præſt.* qvi poteſtatem ſui non habet, ſed pater, *l. 1. & 2. C. de patr. qvi fil. diſtr.* Si ergo lex huic fini obviaret non valeret, cum debeat eſſe ſanctio ſancta, jubens honeſta, & prohibens contraria, *l. nam & Domoſthenes 2. ff. de LL.* Unde licet ea defenderet aliqvem in foro fori, non tamen eum defenderet in foro poli, *text. & gloſſ. in cap. inter hæc 33. qvæſt. 2.* ubi diſponitur, qvod licet maritus defendatur à pœna homicidii uxoris, propter adulterium per diſpoſitionem, *l. Gracchus 4. C. de adulter.* illa tamen diſpoſitio eum à pœna æterna non liberabit. Abb. *in cap. cum eſſes. de teſtam.* Ludov. Gomez. *ad §. supereſt. n. 53. Inſt. de act.* Add. Coll. Arg. *ad Legem Jul. de adult. theſ. 16. n. 16.*

*VIII.*

Lex qvæ prohibet, longè eſt potentior, qvam qvæ concedit, Tiraq. *in qvæſt. 24. n. 9. verſ. tamen Barbatias. de jure primogen.* adeoqve Legis diſpoſitio prohibitiva fortior qvàm affirmativa. Bald. *in proœm. decret. n. 12. verſ. item potentius eſt. col. 3.* Decius *in cap. cum concupiſcentiam 3. notab. extr. de conſt.* Duabus itaqve regulis concurrentibus, una affirmativa altera negativa, ſemper ea, qvæ prohibet vel negat, attendenda erit, Baldus *in l. tutor. in pr. ff. de ſuſpect. tutor.* Idem *in l. Ruffinus. ubi loqvitur de duobus privilegiis. C. de re milit.*

Limita, ſecus eſſe, ubi de pœna incurrenda ageretur, tunc enim Lex affirmativè loqvens efficacius punire ſolet. Innocent. *in cap. extirpandæ. colum. fin. verſ. item hæc habent locum. extr. de præbend.* ubi ait, qvod ſi lex loqvatur negativè, puta, ſi non confecerit inventarium, non fecerit reſidentiam, & ſimilia, reqviratur monitio, qvia negativus ſermo, non habens tempus, omittentem in mora non conſtituit: ſecus ubi ſunt verba affirmativa, puta ſi qvis percuſſerit Clericum, ſeu acceſſerit ad Moniales, & ſimilia, tunc monitio ad pœnam incurrendam non reqviratur,

qvem-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qvemadmodum pluribus exornat Felin. in cap. 2. n. 4. verſ. extr. gloſſ. extr. de Magiſtr. & in cap. 1. ſub num. 12. verſ. ſecundo intelligunt. colum. 3. extr. de conſtitut. vide alium caſum efficacioris affirmativæ apud eundem in cap. 29. n. 75. verſ. pro qva re facit prædict. tit.

IX.

Lex ſolum in caſibus neceſſariis providet, l. 1. §. ex hoc reſcripto 1. de ventr. inſpic. nec fruſtra qvicqvam inducit, l. hæc ſtipulatio. §. Divus. ff. ut Legat. nom. cav. l. poſtliminii 5. §. fin. ff. de poſtlim. reverſ. Menoch. 3. de recup. poſſ. n. 110.

X.

Lex ſuperioris per inferiorem minimè tolli poteſt. l. ille à qvo 13. §. tempeſtivum 4. ff. ad S C. Trebell. qvoniam illius eſt deſtruere, cujus eſt concedere, Legem autem concedere eſt Principis, cap. Rex pacificus in proœm. decret. gl. in l. 1. verb. Magiſtratum. ff. qvod qvisqve jur. ſtat. cap. 1. extr. de conſt. per inferiorem itaqve tolli neqvit, ſed obſervari debet, Farinac. lib. 1. conſ. crim. conſ. 85. n. 88. Nec qvisqvam efficere poteſt ne leges in ſuis pactis vel actibus obtineant. l. 27. de Reg. Jur. (nec concedentem ligat. l. Princeps. 31. ff. de LL. l. pen. de Arbitr. gloſſ. in cap. 1. verb. ab omnibus. ibiq; Dd. de conſtit. Regn. Sixtin. 1. conſ. Marp. 9. n. 21.)

XI.

Leges id conſtituunt qvod plerumqve fit, l. 4. ff. de LL. Ariſtot. 5. Ethic. 14. qvia ſunt univerſales, nec poſſunt de ſingulis rebus in univerſum ſufficienter decernere. l. jura 8. ff. eod. cum plura ſint negotia qvàm rerum vocabula. l. natura 4. ff. de præſcript. verb. nec etiam poſſint omnium cauſarum circumſtantias complecti, qvia ſunt infinitæ, datâqve operâ à Legumlatoribus omittantur. Ariſtot. lib. 1. Rhetor. Unde & Alphenus jus in facto poſitum eſſe dixit, in l. ſi ex plagis 52. §. in clivo 2. ad Leg. Aqvil. ac proinde judex ſuadente æqvitate illud perſæpe ex circumſtantiis colligere ſolet. Obrecht. ad l. 1. Cod. de Legib.

XII.

Lex potentius annullat qvam hominis diſpoſitio, Bart. in l. amplius. ff. rem ratam haberi. Felin. in cap. paſtoralis. §. hoc autem. de offic. deleg. Hippol. Rimin. conſ. 235. n. 23. Fr. Burſat. conſ. 307. Nobilis. n. 133. vol. 1. Pantſchm. 2. pract. qvæſt. 16. n. 54.

XIII.

Leges & jura legibus & juribus concordare, nec uno verbo obiter prolato juris regulæ derogari oportet. l. unica. C. de inoff. dot. Pinell. ad l. 1. p. 3. n. 82. C. de bon. matern. Philipp. Matth. 2. conſ. Marp. 26. n. 75. Unde qvamvis eo caſu, qvo Leges tantum videntur contrariæ, poſterior ad priorem qvoqve trahi ſoleat, l. 26. de Legib. ſecus tamen eſt, qvando eæ revera eſſent inter ſe contrariæ, tum enim poſterior omnino vincit, & ſupprimit priorem, l. 1. §. 13. de qvæſt. l. ult. de conſtit. Princip. Quæcunqve enim Lex poſterior eſt tempore, validior eſt ſanctione, ut habet Novell. Valentiniani & Mariani de matrim. Senator. in fin. tit. 4. pag. 578. vid. Cujac. lib. 4. qvæſt. Paul. ad l. 26. de LL. Dn. Parens diſp. de uſur. part. altera. art. 6. num. 2.

XIV.

Legis proviſio ceſſat, ubi pacto proviſum eſt, l. fin. Cod. de pact. convent. ſup. dot.

Limita, niſi auxilium Legis habeatur pro expreſſo per viam legis, qvia tali caſu proviſio hominis per legis proviſionem tollitur. Roman. conſ. 121. circa prim. col. fin. per text. in l. qvi mutuam 56. in pr. ff. mandat. cum aliis per eum deductis. Vital. de Camban. in tract. clauſ. clauſ. 103. Ludovicus Gomez. ad §. fuerat. Inſtit. de action. num. 29. Socin. in tract. fallent. reg. 286. verb. Lex.

XV.

Legis verba ubi deficiunt, ibi qvoqve deficit Legis diſpoſitio, l. 4. §. toties 6. ff. de damno infect. Carpzov. part. 2. Conſtit. 15. definit. 12. n. 1.

XVI.

Lex iniqva non eſt, cum ſe habet ad commodum & onus, l. ſi pater puellæ 12. ubi Jaſon. Cod. de inoffic. teſtam. Menoch. de recuper. poſſeſſ. rem 14. n. 13.

XVII.

Lex nova diſponens de materia juris communis, omnes declarationes juris communis recipit. cap. ex parte. ubi Dd. de Verb. ſignif. l. 1. §. Lex Falcidia 1. ad Leg. Falcid. Bart. in l. omnes populi 6. & ibi Dd. ff. de Juſtit. & Jur. Carpzov. p. 3. jurispr. forenſ. conſt. 29. defin. 6. n. 7. unde & Lex nova ſecundum Legem antiqvam diſtingvi & intelligi debet. l. non eſt novum. 26. l. ſed & poſteriores 28. ff. de Legib. Gloſſ. & Bart. in l. ſciendum. in p. ff. qvi ſatisd. cog. cum aliis citatis. per Octav. Cacheran. in deciſ. Pedemont. 167. n. 17. cum ſeq. Viv. part. ſuar. comm. opin. 200. ſtat. ult. Bertazol. 1. conſ. 93. num. 7.

XVIII.

Legis ratione remota lex ipſa correcta intelligitur, argum. l. adigere 6. §. qvamvis 2. ff. de jur. patron. l. 6. in fin. ff. de verb. ſignific. Carpzov. p. 2. conſtit. 8. defin. 16. n. 8.

XIX.

Lex in remediis concedendis non ſolet eſſe parca & defectuoſa. l. 1. cum l. ſeqq. l. qvia 11. l. qvoties 21. ff. de præſcr. verb. l. 1. C. de condict. ex leg. Berous conſ. 44. in cauſa mota. n. 3. vol. 3. Pantſchm. 1. qvæſt. pract. 17. n. 132.

XX.

Non ſolum Lege contineri & approbari dicitur, qvod verbis legis exprimitur, verum illud etiam, qvod ſententia & mente legis per certam rationem indicatur & eruitur, l. 6. §. 1. d. V. S. l. non poſſunt 12. l. ſcire 17. l. contra 29. l. fraus 30. ff. de Legib. Si enim ratio legis anima ejus eſt, nec magis lex ſine ratione lex dici poteſt, qvam exanimatum corpus homo, l. cum mulier 47. ff. ſolut. matrim. Everhardus à Mittelb. in loc. à rat. Leg. v. Amaya apolog. pro ſtatuto Collegii major. Conch. pag. 5. n. 10. & 11. Siqvidem juſta ratio non patitur, ut legis mente & ſententia neglecta nudis atqve adeò aridis inhæreamus verbis. Et cùm in paribus cauſis paria jura deſiderentur. cap. unic. de allod. qvid vetat, ut à ſimilibus ad ſimilia progrediamur, l. neqve leges 10. d. l. non poſſunt 12.

cum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*cum ſeqq. de Legib.* Et quis unqvam à verbis ſententiam ſejunxit ob penuriam verborum, qvibus ſingulis ſingula aptè nominantur, *l. 1. ff. de præſcript. verb.* Sæpe plus volumus qvam verbis exprimimus, nec minus voluiſſe qvàm dixiſſe præſumitur. *l. ille aut ille 25. §. 1. l. non aliter 69. ff. de legat. 3. l. 3. l. 7. ff. de ſupell. legat.* ſana itaque ratio non patitur, ut à τῶ ῥητῶ διάνοιαν ſeparemus, qvin imò verba ſæpe negligenda, ut verũ Legis ſenſum ac ſententiam retineamus, *l. non dubium 5. ibiqve* Bald. *C. de Legib.* quapropter contra Legem facere non ſolum is dicitur, qvi id facit qvod Lex prohibet, verum etiam, qui in fraudem Legis, ſalvis ejus verbis, ſententiam ejus circumvenit, *l. contra 29. ff. de Legib.* cum id procul dubio faciat, qvod Lex fieri noluit, licet id fieri non prohibuerit, *l. fraus 30. ff. de Legib.* qvod ergo dici ſolet verbis Legis ſerviendum eſſe: nec diſtingvendum, ubi Lex non diſtingvit, nec à forma conſtituta recedendum, nihil exaudiendum nihilqve ſupplendum, *l. conſtitutionibus 24. ff. ad Municip. Novell. 18. l. 1. de ſenat.* hoc ſine calumnia accipe, ut procedat & verbis & mente & ratione Legis, conſtitutionis, SCti, Edicti ſimul ceſſantibus, *l. cum mulier 47. ff. ſol. matr. l. nam ut ait 13. d. l. non poſſunt. de LL. l. ſi alii 19. de uſufr. legat.*

XXI.

Lex eſt communis Reipublicæ ſponſio. *l. 1. ff. de LL.* qvod intellige, non qvod ipſa Reſpublica, quæ inanimis & ſine voce eſt. Bart. *in l. civitas ff. de reb. credit.* diſertis verbis ſpondeat, & ſe Legi reſpondendo ſubjiciat, neqve qvod ſinguli cives ejusdem Reipublicæ omnes ac ſinguli articulata reſponſione Legem ſuffragio vincerent; ſed qvod cum tacite, tum expreſsè civitas Legem conſenſu ſuo aprobat. Qvod ergo Papinian. dicebat, legem eſſe communem ſponſionem, pro eo ex Demoſthene dixit τȢτ' ἐϛὶ νόμ⊕ πόλεως ϗ συνθήκη κοινὴ, hoc eſt, communis Reipublicæ conſenſus, *l. 2. ff. de Legib.* oſtendens inter ſponſionem & conſenſum nihil intereſſe, vid. Gœdd. *ad l. 7. ff. de verb. ſignif. n. 17.*

XXII.

Lex naturam imitatur §. *minorem Inſt. de adopt.* Caſtr. *in l. ſi inter. n. 4. ff. de reb. dub.* Volckman. *p. 3. de art. Notar. c. 11.* Ea enim nihil ſine colore veritatis fingit, *l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* & colore fingendi ex æqvo & bono deſtituta veritati qvamvis duræ acqvieſcit, Gœdd. *ad l. 80. ff. de V. S. n. 5.*

XXIII.

Qvi cum legis textu navigat, ſecurus navigare dicitur: ratio, qvia non amplius dubitationi ullus poteſt eſſe locus, ſed ceſſant omnes cavillationes gloſſarum & advocatorum. Rol. à Valle *1. conſ. 25. in pr.* VVeſ. *p. 3. conſ. 108. n. 29. & part. 7. conſ. 319. n. 120.* & ſanè qvis hic poſſet calumniis eſſe locus, cum veritas in textu ſit & ratione, opinio tantum in gloſſis, adeò ut, unum textum mille gloſſis rectè præferendum eſſe, rectè moneant Sonsbeck. *de feud. p. 9. n. 103. in fin.* Cothm. *vol. 5. reſp. 14. n. 54.* Finckelthuſ. *obſerv. 32. n. 10.* Unde non immeritò eorum ridendas ineptias cenſet Hilliger *26. Donell. Enucl. c. 2. p. 1400.* qvi gloſſas in re ſæpe claris verbis deciſa adducunt, qvod cumprimis practicorum qvorundam adſcribendum: qvapropter Cont. *2. ſubſ. c. 17.* Pleraqve obſervari (inqvit) diſertis legum verbis & reſcriptis definita, qvæ qvia uno in loco vel altero tantum ſcripta ſunt, ſæpe fugiunt homines tot pragmaticos & forenſes, qui ſcilicet putidiſſimos juris interpretes diligentius & freqventius legunt, qvam Juriſconſultorum aut Imperatorum autoritatem aut leges. add. & Vigel. *in rat. leg. jur. contr. p. 8.*

XXIV.

Sine lege loqventi erubeſcendum eſſe, Dd. communiter tradunt *per Nov. 18. c. 5. & alia loca à nobis ſuperius notata lib. 5. c. 20.* At ſi verum amamus, non hoc, ſed longè aliud vult Imp. *in d. c. 5.* nempe Imperatoris munus non eſſe confundendum cum munere Juriſconſulti. Ab hoc deſiderandam eſſe applicationem juris ad facta ſingula, non ab Imperatore, qvi Legislatoris non Juriſconſulti vicib. fungatur: & citra indignationem aliqvid faciat, ſi ſuper ſingulis cauſis leges ferat. Ita ſe explicat Imperator *in Novel. 1. proœm. Novell. 61. in præf. Nov. 98. præf. verſ. comprehendentes. Novell. 108. præf. Novel. 159. c. 6. ad. d. l. ult. §. 6. C. de Epiſc. aud. l. pen. §. 1. de adopt.* Et ſanè utut ſententia hactenus admitti poſſit, qvod nihil debeamus temerè & absq; lege aſſerere, *l. 19. C. de collat. l. 5. C. de repud. l. 13. §. 7. de excuſ. tut.* Carpzov. *part. 2. qvæſt. crim. 76. n. 42.* Qvi n. ſine lege loqvuntur, nimis altè volant ſine pennis, ideoque non mirum ſi velut Icarus cadant. Cagn. *in l. frater cum fratre. de condict. ind.* Limn. *lib. 1. de Jure publ. c. 14. n. 20.* qvo ſenſu & hoc dictum ſuum fecit Luth. qvi ſæpius dixiſſe memoratur: JCtis familiare eſſe, ut dicant, non licere qvidquam pronunciare, niſi ex præſcripto Legis, multo minus debere tolerari, ſi qvid absqve Scripturæ teſtimonio dicatur, Sleid. *lib. 1. hiſt. in An. 1518.* Attamen non decuit ſilentio prætermittere ſtrues illas ineptarum & otioſarum allegationum, qvas ſæpe Dd. memoriæ oſtentandæ cauſa fruſtra adducunt, cum Leges ſcire non ſit verba tenere ſed vim & intellectum, *l. ſcire 17. ff. de LL. l. 2. §. 1. C. de conſt. pec. fac. l. 6. §. 1. de verb. ſignif.*

XXV.

Leges neminem in paupertate vivere aut anxietate mori ſinunt, *Novell. 1. in epilog. §. 1.* ita iterum Dd. verbis Juſtiniani contra ejus mentem abutuntur, unde Chemnit. *in diſcurſ. jur. polit. cap. 5. n. 196. citat.* à Carpzov. *p. 1. conſtit. 1. defin. 9. n. 6.* dictum id non partibus, ſed Aſſeſſoribus tribuit, eodemque incitamento antiqvi olim Interpretes, ut alacriorem juventutem ad capeſſenda juris ſtudia redderent, nunqvam re nummaria æſtimanda, ſed male, impulerunt. Certè ſi mentem Juſtiniani introſpicimus, ea verba nihil continent, qvàm commendationem Novellæ, quæ ut liceret prohibere Falcidiam in teſtamento, ut voluntas teſtatoris per omnia ſervaretur, additis qvibusdam novis remediis introduxit: tandem ergo ſubjungit, ſe non dubitare, qvemlibet facilè novam Legem ſuſcepturum, quæ efficiat, ne qvis pauper (non ſcilicet habens rerum ſuarum dum eſſet perfectum poſt mortem arbi-

arbitrium) vivat aut anxius (ſcilicet de ultimis ſuis elogiis) moriatur. Certè & ipſa hæc regula ſæpiſſimè fallit non tantum in Doctoribus, qvi vel profundiore ſcientiâ & ſedulâ operâ deſtituuntur, ſed optimo cuiqve probitas ſæpe ſua inopiæ cauſa. Elegans & memorabile pauperis Juriſconſulti & gratorum diſcipulorum in perſona Sabini, qvem diſcipuli ſuſtentarunt. Exemplum vid. *in l. 2. §. 47. de O. I.*

*XXVI.*

Leges Moſaicæ in tempore novi fœderis ſunt abrogatæ, vid. Reincking. *de Regim. Eccleſ. & ſecul. cap. 2. §. 4. n. 25. & 34.* ubi id probare nititur, ſed malè, per dictum Chriſti, *Lex & Prophetæ usqve ad Johannem, Matth. 11. v. 13. Luc. 16. v. 17.*

Declarationis tamen loco nota, hoc procedere in Legibus ceremonialibus & judicialibus ſeu forenſibus. vid. Beſold. *2. polit. cap. 2. §. 4. num. 24. & 34.* nec in foro attendi, ut rectè monet Hilliger. *26. Don. Enucl. 2. lit. E.* uſus tamen harum legum non eſt inanis, qvamvis non obſerventur vi Legis, muniunt tamen conſcientias, Schneidew. *Inſt. de Nupt. p. 4. de divort. n. 62.* Bachſtad. *de jure connubiali. p. 225.*

Limitatur tamen hæ regula primò, qvatenus hæ leges in novo fœdere repetitæ, vel per Legislatorem civilem approbatæ, Hillig. *d. loc.*

Secundò ſine dubio fallit in Lege Morali, ejusqve pœnis, è Philippo Melanchthone Cothman. *in Comment. C. de hæretic. num. 62. de pœnis.* non immeritò tamen dubitat Weſenb. *in paratit. ad Leg. Pompej. de parricid. num. 6.*

*XXVII.*

Legem rei ſuæ qvisqve dicere poteſt, qvam vult, *vide ſup. lib. 4. cap. 33. Axiom. 6. per l. in re mandata 31. Cod. mandat.* Thoming. *deciſ. 14. num. 6. tt. Cod. de pactis inter empt. & vendit. l. ſi in venditione Commun. præd. l. legem 20. C. de pact.*

*XXVIII.*

LEX generaliter & ſimpliciter ſeu indiſtinctè loqvens, generaliter eſt intelligenda, *l. de pretio 8 ff. de publ. in rem. act. l. in fraudem 15. § ult ff. de teſtam. mil. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præſt. l. 1. §. qvod autem 3. ff. de aleat. l fin. in fin.* ubi Ang. *C. de dotis promiſſ. c. ſolitæ 6. §. fin. de majorit. & obed.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum. reg. 172.* Barthol. Perett. *in extravag. ambitioſæ, de rebus Eccleſiaſt. non alienand. n. 9. pag. 85.* Pertazol. *in repet. l. ſi qvis major, C. de transact. n. 213.* Surdus *conſ 271. n. 28.* Valaſcus *conſ. 113. n. 21.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 419. n. 1. & deciſ. 605. num. 2. in edit. aliàs reſolut. 529. n. 2. in 2. edit.* Mari. Anton. *variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 18. n. 3.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſcopum part. 1. n. 27.* Sebaſtian. Medices *de Reg. Jur. reg. 1.* Joh. Mar. Novar. *qvæſt. forenſ. lib. 1. qvæſt. 7. ſect. 1. n. 4.* Fuſar. *de ſubſt. qvæſt. 394. n. 56. & 57.* Ubi ampliat, etiamſi ſit major ratio in uno, qvàm in alio. [Hinc contrà, qvoties lex ſpecialiter qvid reqvirit, tunc non ſufficit in genere fieri. *l. 1. qvæ res pignori oblig. l. deniqve 8. l. obligatione 6. de pignor. l. penult. de privileg cred. cap. generali. de Reg. Jur. in 6.* Pantſchman. *1. qvæſt. pract. 10 num. 142.*] Reſtringitur tamen, ne qvis ad lucrum indebitè admittatur, vel ne qvis damnum indebite patiatur, ſecundum Armendar. *in proœm. addit. ad recopil. Legum. Navarræ. num. 76.* Item reſtringitur ex ratione particulari, *l. cùm pater 77. §. dulciſſimis 33. ff. de legat. 3. l. ſi de certa re 31. C. de transact.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 9. qvæſt. 4. n. 19.* Garc. Gironda *de privilegiorum ſeu exempt. explicat. n 276. & 526.* Et recipit reſtrictionem de habilitate, *l. ut gradatim 11. §. & ſi 1. ff. de muner. & honorib.* cum citatis à Bertazol. *in repet. l. ſi qvis major. num. 216. C. de transact.* [Latè ultra Jaſon. *ad §. in perſonam. Inſtit de action.* Aretin. *in §. jus civile in 6. colum. 7. de Juſt. & Jur. fac gloſſ. in l. hujusmodi ff. de legat. 1.* ubi vult, qvod jura loqventia de cautione, intelligi debeant de valida, ad idem facit *text. in cap. Cumana 50. de Elect. qvem ibi not.* Abbas *in notab. 9.* Sic qvando jura loqvuntur de conſuetudine, eam de habili & bona accipiendam eſſe docet Roch. de Curt. *in tract. de conſuetud. m. 23. col. 24.* Unde & ſtatutum dans præmium pro capiendo malefactore de capiente habili intelligit, poſt gloſſ. *in d. l. ut gradatim.* Bart. *in l. ſi tertius. §. fin. de aq. pluv. arcend.* Qvod tamen limitat, niſi fieret favore Reipublicæ, *in l. ſi qvis in gravi. §. utrum. verſ. hi qvoqve. per illum text. ff. ad SC. Syllan.* Hoc enim in caſu Leges non recipere reſtrictionem de habilitate perſonarum, aſſentiunt Andr. Siculus *in cap. 1. col. 24. n. 160. de conſtit. & cap. qvæ in Eccleſiarum. num. 5. eod. tit.* Baldus Novell. *in tract. dot. part. 16. privileg. 48.* Baldus *in l. cum mulier. col. 5. ff. ſolut. matrim.* Ludovicus Gomez. *ad. d. l. ſi qvis in gravi. §. utrum. ad Sc. Syllan. & ad §. in perſonam. Inſt. de action. n. 23.*] debet enim lex eſſe æqva & ſancta, *l. nam & Demoſthenes. 2. ff. de legib. cap. erit autem lex. 4. diſtinct.* Johan. Anton. Mangil. *de imput. qvæſt. 50. num. 17. & 18.* & qvæ æqva & ſancta non eſt, nulla eſt. Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 1.* Anton. Sola *ad decreta Sabaudiæ in proœm. gloſſ. 2. n. 27.* Turamini *de legib. part. 3. cap. 6. n. 24.* Morla *in emporio jur. tit. de legib. in prælud. à num. 42.* [Unde eſt, qvod extra Leges non liceat caſum excipe-

re & reſtringere indefinitè loqventem, *l. de pretio. 8. de public. action.* Nobelkræ. *deciſ. 10. pag. 141.*]

